
ANNO DÒMINI MCXLVII

JOANNES

MONACHUS S. LAURENTII LEODIENSIS

NOTITIA

(D. Bern. Pezios Præfatio ad tom. IV, *Thes. Anecdot.*, p. xvii.)

Quæcumque de auctore sequentis opusculi dici possunt, paucis Reinerus, Joannis disciplinæ, lib. 1 De scriptoribus monasterii sui, cap. 16, complexus est. *Quin etiam Johannes, inquit, tam spiritu quam carne illius (Gisleberti) frater, scholasticus et eruditione et officio fuit, cujus extremi plerumque serulam puer, ut clavam Herculis nemo unquam plus extremuerit. Heu quoties, dum nostra exigit aut discutit opuscula, et aduncis correptas manibus obliquo tabellas oculo intuetur! Heu quoties illum Virgilii monoculum me putavi Polyphemum incurrisse! Idem aliquando infirmatus, miroque satis ordine extra se et supra se factus plurima vidit memoratu digna, quæ et gratia ædificationis scripto edidit. Binos etiam cantus composuit, id est: de sancto Christophoro martyre, de sancta Maria Ægyptiaca. Historiam Tobie, itemque Martyrium S. Stephani protomartyris heroico pede percurrit, et Cantica canticorum aliquanta ex parte antiphonatim modulatus est. Ex his nihil præter Visionem status animarum post mortem, etc., in Bibliotheca sua hodie superesse graviter apud me questus est cl. et diligentissimus P. Lombardus, qui et notavit Joannem sub utroque Wazelinio abbate floruisse, quorum primus monasterium S. Laurentii regere desiit ac obiit anno 1147, alter anno 1156.*

VISIO

STATUS ANIMARUM POST MORTEM

ET

MIRACULUM S. LAURENTII MARTYRIS.

(Ex ms. cod. S. Laurentii Leodiensis eruit R. et Cl. D. P. Cælestinus Lombardus, ejusdem loci bibliothecarius; edidit R. P. D. Bernardus Pezios, *Thesauri Anecdot.* tom. IV, parte III, pag. 5.)

INCIPIIT

Visio cujusdam monachi de statu animarum post mortem.

§ I. In illo tempore frater erat in hoc cœnobio A omnes concurrerent, solus ibidem in lectulo suo Beati Laurentii, Johannes nomine, frater Gisleberti, relictus est, putantibus iis, qui eum custodire susceperant, quod obdormisset. monachi, qui de pluribus sanctis cantus composuit; cui ex incautela phlebotomiæ accenso ardentium febrium sanguine inflammavit cerebrum. Cum per quatrimum languor cresceret; natalis beati Martini episcopi supervenit dies. Jussu ergo abbatis sui deportatus est in cellulam secretiorem. Et cum clangentibus signis ad vespertinæ laudis officium supra crucifixionem Domini digestam; infra vero de gestis Sampsonis, mortem ejus, ruinamque domus. Cum hæc attenderet, quasi supra verticem.